



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Gesetze der Westgoten**

**Wohlhaupter, Eugen**

**Weimar, 1936**

De Negotiis Causarum Liber Secundus // Von den Rechtshandeln Zweites  
Buch

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69894](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69894)

DE INSTRUMENTIS LEGALIBUS  
LIBER PRIMUS

I. Titulus: De Legislatore

1. Quod sit artificium condendarum legum.
2. Quo modo uti debeat artifex legum.
3. Quid requirendum est in artifice legum.
4. Qualis erit in vivendo artifex legum.
5. Qualis erit in consiliando artifex legum.
6. Qualis erit in eloquendo artifex legum.
7. Qualis erit in iudicando artifex legum.
8. Qualis in publicis, qualis in privatis erit artifex legum.
9. Quod dare debeat legibus disciplinam artifex legum.

II. Titulus: De lege

1. Quid observabit legislator in legibus suadendis.
2. Quid sit lex.
3. Quid agit lex.
4. Qualis erit lex.
5. Quare fit lex.
6. Quod triumphet de hostibus lex.

DE NEGOTIIS CAUSARUM  
LIBER SECUNDUS

I. Titulus: De iudicibus et iudicatis

1. (Reccesvindus). Quod tam regia potestas quam populorum universitas legum reverentie sit subiecta.
2. (Reccesvindus.) Quod nulli leges nescire liceat.



## Von den Werkzeugen des Rechtes.

### Erstes Buch

#### I. Titel: Vom Gesetzgeber

1. Daß die Gesetzgebung eine Kunst ist.
2. Wie der Gesetzestünstler vorgehen soll.
3. Was am Gesetzestünstler gefordert wird.
4. Wie der Gesetzestünstler im Leben sein soll.
5. Wie der Gesetzestünstler zu Räte gehen soll.
6. Wie der Gesetzestünstler sich ausdrücken soll.
7. Wie der Gesetzestünstler in seinen Entscheidungen sein soll.
8. Wie der Gesetzestünstler in öffentlichen und Privatangelegenheiten sein soll.
9. Daß der Gesetzestünstler den Gesetzen Befolgung angedeihen lassen soll.

#### II. Titel: Vom Gesetz

1. Was der Gesetzgeber bei der Vorlage von Gesetzen zu beachten hat.
2. Was das Gesetz ist.
3. Was das Gesetz wirkt.
4. Wie das Gesetz beschaffen sein soll.
5. Weshalb ein Gesetz gemacht wird.
6. Daß das Gesetz über die Feinde triumphiert.

## Von den Rechtshändeln

### Zweites Buch

#### I. Titel: Von Richtern und Urteilen

1. Daß sowohl die königliche Macht, wie auch das Gesamtvolk den Gesetzen Achtung schuldig ist.
2. Daß jeder die Gesetze kennen muß.



3. (Recessvindus.) Quod antea ordinari oportuit negotia principum et postea populorum.

4. (Recessvindus.) De tempore, quo debeant leges emendate valere.

5. (Recessvindus.) De principum cupiditate damnata eorumque initiis ordinandis, et qualiter conficiende sunt scripture in nomine principum facte.

6. (Chindasvindus.) De his, qui contra principem vel gentem aut patriam refugi sive insultantes existunt.

7. (Recessvindus.) De non criminando principe nec maledicendo illi.

8. (Recessvindus.) De remotis alienarum gentium legibus.

9. (Recessvindus.) Ne excepto talem librum, qualis hic, qui nuper est editus, alterum quisque presumat habere.

10. (Chindasvindus.) De diebus festis et feriatis, in quibus non sunt negotia exequenda.

11. Ut nulla causa a iudicibus audiatur, que in legibus non continetur.

Nullus<sup>1)</sup> iudex causam audire presumat, que in legibus non continetur; sed comes civitatis vel iudex aut per se aut per executorem suum conspectui principis utrasque partes presentare procuret, quo facilius et res finem accipiat et potestatis regie discretionem tractetur, qualiter exortum negotium legibus inseratur.

12. (Recessvindus.) Ut terminate cause nullatenus revolvantur, relique ad libri huius seriem terminentur, adiciendi leges principibus libertate manente.

13. (Recessvindus.) Quod nulli liceat dirimere causas, nisi quibus aut princeps aut consensus voluntatis potestatem dederit iudicandi.

<sup>1)</sup> Ist wahrscheinlich eine Antiqua, da schon im Burgundenrecht verwendet; Zeumer, Neues Archiv XXIV S. 70ff.



3. Daß man zuerst die Sachen der Fürsten ordnen soll und dann die der Völker.

4. Über die Zeit, von der an verbesserte Gesetze gelten sollen.

5. Von der Verdammung der Habgier der Fürsten, von der Ordnung ihres Regierungsbeginnes und wie Urkunden, die auf den Namen der Fürsten gestellt sind, errichtet werden sollen.

6. Von jenen, die gegen ihren Fürsten, ihr Volk und Vaterland als Überläufer oder Empörer auftreten.

7. Daß man den Fürsten nicht schmähen und ihm nicht fluchen soll.

8. Von der Abschaffung der Gesetze fremder Völker.

9. Daß niemand ein anderes (Gesetz)buch haben soll, als dieses neulich herausgegebene.

10. Von Festtagen und Gerichtsferien, in denen keine Rechtshändel durchzuführen sind.

11. Daß keine Sache von den Richtern verhandelt werden soll, die nicht in dem Gesetze enthalten ist.

Kein Richter soll eine Rechtssache zu verhandeln wagen, die nicht in den Gesetzen enthalten ist; sondern der Stadtgraf oder der Richter soll entweder selbst oder durch seinen Gehilfen beide Parteien vor den Fürsten zu bringen trachten, damit einesteils der Rechtshandel umso leichter sein Ende finde und andernteils auch die Einsicht der königlichen Gewalt entscheide, wie man den aufgetauchten Fall in die Gesetze einfügen kann.

12. Daß beendigte Rechtshändel durchaus nicht mehr aufgerollt werden sollen, die übrigen (aber) nach der Ordnung dieses Buches beendigt werden sollen, wobei den Fürsten die Freiheit bleiben soll, Gesetze hinzuzufügen.

13. Daß niemand Rechtshändel entscheiden soll, als der, dem der Fürst oder die Willensübereinstimmung (der Streittheile) die Entscheidungsgewalt übertragen haben.



14. (Recessvindus.) Quales causas debeant audire thiuphadi, et qualibus personis causas audiendas iniungant.

15. (Recessvindus.) Ut iudices tam criminales quam communes terminent causas.

16. (Chindasvindus.) De damnis eorum, qui non accepta potestate presumserint iudicare.

17. (Chindasvindus.) De his, qui admoniti iudicis epistula vel sigillo ad iudicium venire contemnunt.

18. (Chindasvindus.) Si iudex interpellantem audire contemnat, vel utrum fraudulenter an ignoranter iudicium promat.

19. Antiqua. Si iudex aut per commodum aut per ignorantiam iudicet causam.

Iudex si per quodlibet commodum male iudicaverit et cuicumque iniuste quidquam auferri preceperit, ille, qui a iudice ordinatus ad tollendum fuerat destinatus, ea, que tulit, restituat. Nam ipse iudex contrarius equitatis aliud tantum de suo, quantum auferri iusserat, mox reformet, id est, ablate rei simpla redintegratione concessa, pro satisfactione sue temeritatis aliud tantum, quantum auferri preceperat, de sua facultate illi, quem iniuste damnaverat, reddat. Quod si non habuerit, unde componat, cum his, que habere dinoscitur, ipse iudex illi, cui componere debuit, subiaceat serviturus. Sin autem per ignorantiam iniuste iudicaverit et sacramentis se potuerit excusare, quod non per amicitiam vel cupiditate aut per commodum quolibet, sed tantumdem ignoranter hoc fecerit: quod iudicabit non valeat, et ipse iudex non implicetur in culpa.

20. (Chindasvindus.) Si iudex dolo vel calliditate aut unam aut ambas causantium partes dispendia faciat sustinere.

21. Antiqua. Quid primo iudex observare debeat, ut causam bene cognoscat.

Iudex, ut bene causam agnoscat, primum testes interroget,



14. Welche Sachen die Tausendschaftsführer durchführen dürfen und welchen Personen sie die Durchführung der Sachen übertragen sollen.

15. Daß die Richter sowohl die Straf- wie die gewöhnlichen Sachen entscheiden können.

16. Von der Ahndung jener, die, ohne (richterliche) Gewalt empfangen zu haben, zu richten sich unterfangen.

17. Von jenen, die durch des Richters Brief und Siegel geladen, nicht zum Gericht kommen.

18. Wenn ein Richter dem Kläger nicht Gehör schenkt oder aus Tücke oder in Unwissenheit Urteil findet.

19. Wenn ein Richter um seines Vorteils willen oder aus Unkenntnis eine Sache entscheidet.

Wenn der Richter um irgendeines Vorteils willen ein falsches Urteil fällt und einem gegen Recht etwas abzunehmen befiehlt, so soll, wer durch die Weisung des Richters zur Wegnahme bestimmt wurde, das Weggenommene zurückerstatten. Und auch der ungerechte Richter soll alsbald aus seinem Vermögen ebenso viel, wie er wegzunehmen befohlen hatte, als Ersatz leisten, d. h. nachdem die einfache Rückerstattung des Weggenommenen gewährt ist, soll er zur Buße für seinen Frevel ebenso viel, wie er wegzunehmen befohlen hatte, aus seinem Vermögen dem zu Unrecht Verurteilten erstatten. Besitzt der Richter nicht genug, um diese Buße zu bezahlen, so soll eben dieser Richter selbst mit seinem kundbaren Vermögen sich in die Knechtschaft dessen begeben, dem er die Buße hätte leisten müssen. Hat (der Richter) aber aus Unkenntnis ein falsches Urteil gefällt und kann er sich unter Eid reinigen, daß er nicht aus Gunst oder Gier oder um eines Vorteils willen, sondern lediglich aus Unkenntnis so gehandelt habe, so habe das Urteil keine Kraft und der Richter bleibe frei von Schuld.

20. Wenn der Richter durch List oder Verschlagenheit einen oder beide Streittheile zu Schaden bringt.

21. Was der Richter vor allem zu beachten hat, damit er eine Sache richtig entscheide.

Um einen Rechtsfall richtig zu erkennen, befrage der Richter zu-



deinde iscripturas requirat, ut veritas possit certius inveniri, ne ad sacramentum facile veniatur. Hoc enim iustitiae potius indagatio vera commendat, ut scripture ex omnibus intercurrent et iurandi necessitas sese omnino suspendat. In his vero causis sacramenta prestantur, in quibus nullam scripturam vel probationem seu certa indicia veritatis discussio iudicantis invenerit.

22. (Chindasvindus.) Si cuiuscumque honoris aut ordinis iudex dicatur haberi suspectus.

23. (Chindasvindus.) Iudex, qualiter faciat iudicatum.

24. (Chindasvindus. Emendata.) De commodis adque damnis iudicis vel saionis.

25. (Recessvindus.) Quod omnis, qui potestatem accipit iudicandi, iudicis nomine censeatur ex lege.

26. (Recessvindus.) Ut omne vinculum, quod post datum iniustum iudicium a causidicis fuerit exactum, habeatur invalidum.

27. (Recessvindus.) Ut iniustum iudicium et definitio iniusta, regio metu vel iussu a iudicibus ordinata, non valeant.

28. (Recessvindus.) De data episcopis potestatem distringendi iudices nequiter iudicantes.

29. (Chindasvindus.) Ut iudex, si a quocumque fuerit pulsatus, noverit se petenti reddere rationem.

30. (Recessvindus.) De damnis iudicum aliena contingentium.

31. (Recessvindus.) De his, qui regiam contemserint iussionem.

## II. Titulus: De negotiorum exordiis

1. Quod nullus se ideo denegare poterit respondere petenti, quare causam cum petentis auctorem non dixerit.



nächst die Zeugen, dann prüfe er die Urkunden, damit die Wahrheit sicher erkannt werde und man nicht so leicht zum Eide komme. Das nämlich empfiehlt wahre Erforschung der Gerechtigkeit, daß die Urkunden sich allenthalben ins Mittel schlagen und daß die Notwendigkeit des Schwörens sich überhaupt erübrige. In den Sachen nur sollen Eide geleistet werden, in denen die richterliche Untersuchung keine Urkunde oder kein Beweismittel oder sonstige sichere Anzeichen der Wahrheit gefunden hat.

22. Wenn ein Richter, welcher Ehren- und Rangstellung er sei, als verdächtig gilt.

23. Wie der Richter das Urteil ausfertigen soll.

24. Von den Gebühren und (etwaiger) Ersatzpflicht des Richters oder Fronboten.

25. Daß jeder, der richterliche Gewalt empfängt, kraft Gesetzes unter der Bezeichnung „Richter“ verstanden werden soll.

26. Daß jede Bindung, die nach Erlaß eines ungerechten Urteils von den Sachwaltern geltend gemacht wird, keine Kraft haben soll.

27. Daß ein ungerechtes Urteil und eine ungerechte Entscheidung, die aus Furcht vor dem König oder auf dessen Geheiß von den Richtern getroffen wurde, nicht Geltung haben soll.

28. Von der den Bischöfen gewährten Macht, nichtswürdig urteilende Richter zu maßregeln.

29. Ein von jemand verklagter Richter soll wissen, daß er dem Kläger Rechenschaft ablegen muß.

30. Von der Schadenersatzpflicht der Richter, die fremdes Gut antasteten.

31. Von den Verächtern königlicher Befehle.

## II. Titel: Vom Verfahrensbeginn

1. Daß niemand deshalb die Einlassung mit dem Kläger verweigern darf, weil dieser den Rechtshandel nicht mit dem Gewährsmann des Klägers verhandelt hat.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Zeumer, Neues Archiv XXIV S. 89 zeigt, daß unter dem Gewährsmann nur der des Beklagten verstanden werden kann, nicht der des



deinde iscripturas requirat, ut veritas possit certius inveniri, ne ad sacramentum facile veniatur. Hoc enim iustitiae potius indagatio vera commendat, ut scripture ex omnibus intercurrant et iurandi necessitas sese omnino suspendat. In his vero causis sacramenta prestantur, in quibus nullam scripturam vel probationem seu certa indicia veritatis discussio iudicantis invenerit.

22. (Chindasvindus.) Si cuiuscumque honoris aut ordinis iudex dicatur haberi suspectus.

23. (Chindasvindus.) Iudex, qualiter faciat iudicatum.

24. (Chindasvindus. Emendata.) De commodis adque damnis iudicis vel saionis.

25. (Recessvindus.) Quod omnis, qui potestatem accipit iudicandi, iudicis nomine censeatur ex lege.

26. (Recessvindus.) Ut omne vinculum, quod post datum iniustum iudicium a causidicis fuerit exactum, habeatur invalidum.

27. (Recessvindus.) Ut iniustum iudicium et definitio iniusta, regio metu vel iussu a iudicibus ordinata, non valeant.

28. (Recessvindus.) De data episcopis potestatem distringendi iudices nequiter iudicantes.

29. (Chindasvindus.) Ut iudex, si a quocumque fuerit pulsatus, noverit se petenti reddere rationem.

30. (Recessvindus.) De damnis iudicum aliena contingentium.

31. (Recessvindus.) De his, qui regiam contemserint iussionem.

## II. Titulus: De negotiorum exordiis

1. Quod nullus se ideo denegare poterit respondere petenti, quare causam cum petentis auctorem non dixerit.



nächst die Zeugen, dann prüfe er die Urkunden, damit die Wahrheit sicher erkannt werde und man nicht so leicht zum Eide komme. Das nämlich empfiehlt wahre Erforschung der Gerechtigkeit, daß die Urkunden sich allenthalben ins Mittel schlagen und daß die Notwendigkeit des Schwörens sich überhaupt erübrige. In den Sachen nur sollen Eide geleistet werden, in denen die richterliche Untersuchung keine Urkunde oder kein Beweismittel oder sonstige sichere Anzeichen der Wahrheit gefunden hat.

22. Wenn ein Richter, welcher Ehrens- und Rangstellung er sei, als verdächtig gilt.

23. Wie der Richter das Urteil ausfertigen soll.

24. Von den Gebühren und (etwaiger) Ersatzpflicht des Richters oder Fronboten.

25. Daß jeder, der richterliche Gewalt empfängt, kraft Gesetzes unter der Bezeichnung „Richter“ verstanden werden soll.

26. Daß jede Bindung, die nach Erlaß eines ungerechten Urteils von den Sachwaltern geltend gemacht wird, keine Kraft haben soll.

27. Daß ein ungerechtes Urteil und eine ungerechte Entscheidung, die aus Furcht vor dem König oder auf dessen Geheiß von den Richtern getroffen wurde, nicht Geltung haben soll.

28. Von der den Bischöfen gewährten Macht, nichtswürdig urteilende Richter zu maßregeln.

29. Ein von jemand verklagter Richter soll wissen, daß er dem Kläger Rechenschaft ablegen muß.

30. Von der Schadenersatzpflicht der Richter, die fremdes Gut antasteten.

31. Von den Verächtern königlicher Befehle.

## II. Titel: Vom Verfahrensbeginn

1. Daß niemand deshalb die Einlassung mit dem Kläger verweigern darf, weil dieser den Rechtshandel nicht mit dem Gewährsmann des Klägers verhandelt hat.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Zeumer, Neues Archiv XXIV S. 89 zeigt, daß unter dem Gewährsmann nur der des Beklagten verstanden werden kann, nicht der des



Nullus<sup>1)</sup> quemcumque<sup>2)</sup> repetentem hac<sup>2)</sup> obiectione suspendat, ut dicat idcirco se non posse de negotio conveniri, quia ille, qui pulsat, causam cum eius auctorem non dixerit nec eum aliqua repetitione pulsaverit, excepto si legum tempora obviare monstraverit.

2. (Chindasvindus.) Ut nullo audientia clamore aut tumultu turbetur.

3. Antiqua. Ut de plurimis litigatoribus duo eligantur, qui suscepta valeant expedire negotia.

Si pars adversariorum litigatores una plures habeat et alia pauciores, iudicantis inter eos erit electio, ut utrasque partes inpugnantes se invicem eligant, qui eorum negotia suscipiant. Quia omnes ad causam dicendam consurgere non debebunt, set, ut diximus, ab utraque parte electi in iudicio ingrediantur, ut nulla pars multorum intentione aut clamore turbetur.

4. (Chindasvindus.) Ut ambe partes causantium a iudice vel saione placito distringantur, quo possint ad prosequendum negotium pariter convenire.

5. (Chindasvindus.) Quod ab utraque causantium parte sit probatio requirenda.

6. (Recessvindus.) De quantitate itineris, quod alium quisque innocentem fatigare presumserit.

7. (Chindasvindus.) Si quilibet ex alterius iudicis potestate in alterius iudicis territorio habeat causam.

8. Antiqua. De his, qui in causis alienis patrocinare presumserint.

Quicumque habens causam ad maiorem personam se propterea contulerit, ut in iudicio per illius patrocinium adversarium suum possit obprimere, ipsam causam, de qua agitur, etsi iusta fuerit, quasi victus perdat; iudex autem mox viderit

<sup>1)</sup> Unzweifelhaft eine Antiqua; Zeumer, Neues Archiv XXIV S. 89.

<sup>2)</sup> Geändert nach besseren Handschriften.



Keiner darf einem Kläger die Einlassung damit verweigern, daß er erklärt, deshalb könne er in der Sache nicht belangt werden, weil der Kläger sich nicht an seinen (des Beklagten) Gewährsmann gehalten habe und diesen nicht verklagt habe; ausgenommen wenn er (der Beklagte) nachweist, daß die gesetzliche Verjährung im Wege steht.

2. Daß die Verhandlung nicht durch Geschrei oder Tumult gestört werden darf.

3. Daß von zahlreichen Streitbeteiligten zwei ausgewählt werden sollen, die den übernommenen Rechtshandel durchführen können.

Wenn eine Partei mehrere Streitbeteiligte hat, die andere weniger, so soll der Richter unter diesen eine Auswahl treffen, indem beide Parteien jeweils die Gegner auswählen, die ihren Rechtsstreit durchführen können. Denn nicht alle sollen in der Verhandlung auftreten, sondern, wie gesagt, nur die von jeder Partei Gewählten haben Zutritt zum Gericht, damit keine Partei durch Anstrengung oder Geschrei der vielen in Verwirrung gerät.

4. Beide Teile sollen vom Richter oder Fronboten durch Ge-  
dinge angehalten werden, damit sie zur Führung des Rechts-  
handels gleichermaßen erscheinen können.

5. Daß man von jedem Streitteil Beweis verlangen soll.

6. Von der Höhe der Reiseentschädigung, wenn jemand einen Unschuldigen belästigt.

7. Wenn jemand aus dem Machtbereich eines Richters im Bezirk eines andern Richters eine Sache hat.

8. Von denen, die fremden Leuten in Rechtshändeln ihren Schutz gewähren.

Wenn jemand, der einen Prozeß hat, sich deshalb zu einer hochgestellten Persönlichkeit begibt, um vor Gericht kraft deren Schutzes seinen Gegner unterdrücken zu können, so soll er den schwebenden Prozeß, auch wenn er im Recht ist, wie ein Unterlegener

Klägers, was die Überschrift annimmt. Wie so manchmal, haben die Verfasser der Überschriften auch hier den Inhalt des Rechtsfalles nicht verstanden.



quemcumque potentem in causa cuiuslibet patrocinari, liceat ei de iudicio eum habere. Quod si potens contemserit iudicem et proterve resistens de iudicio egredi vel locum dare iudicanti noluerit, potestatem habeat iudex ab ipso potente duas auri libras exigere et hunc iniuria violenta a iudicio propulsare. Reliqui vero ingenui seu servi, qui admoniti a iudice abscedere a iudicio non consenserint, singuli publice extendantur et quinquagenis flagellorum hictibus verberentur.

9. (Chindasvindus.) Ut petenti servo alieno respondere ingenuus non recuset.

### III. Titulus: De mandatoribus et mandatis

1. (Recessvindus.) Quod principum et episcoporum negotia non per se, sed per subditos sint agenda.

2. Antiqua. Ut iudex a litigatore perquirat, utrum propria an aliena sit causa prolata.

Iudex primum a litigatore perquirat, utrum propriam causam dicat, an aliena fortasse susceperit. Interrogetur etiam, cuius mandatum habeat; et postquam causam iudicaverit, iudex comprehendat in iudicio, quem aut ex cuius mandatum audierit negotium prosequentem, hac preterea mandati exemplar accipiat illius adsertoris apud se cum iudicati exemplaribus reservandum. Liceat tamen illi, qui pulsatus est, mandatum a petitore coram iudice petere, ut, quam ob causam fuerit iudicio presentatus, vel quid tenor mandati contineat, indubitanter possit agnoscere.

3. Antiqua. Ut, qui per se causam non dicit, scriptis adsertorem informet.



verlieren; der Richter aber darf einen mächtigen Mann, sobald er ihn zum Schutze jemandes in dessen Rechtsstreit auftreten sieht, vom Gerichtsort weisen. Wenn aber der Mächtige des Richters nicht achtet, frech Widerstand leistet, aus dem Gericht nicht weichen und dem Richter nicht stattgeben will, so darf der Richter von diesem Mächtigen zwei Pfund Goldes fordern und ihn mit harter Gewalt vom Gericht weisen. Sonstige Freie und Knechte, die, vom Richter zum Gehen aufgefordert, sich nicht fügen, sollen öffentlich ausgespannt und mit je 50 Peitschenhieben gezüchtigt werden.

9. Daß kein Freier einem fremden Knecht die Einlassung weigern darf.

### III. Titel. Von Vertretungen und Vertretern<sup>1)</sup>

1. Prozesse der Fürsten und Bischöfe sollen nicht von diesen selbst, sondern von Untergebenen geführt werden.

2. Daß der Richter die Partei befragen soll, ob sie ihre eigene oder eine fremde Sache vorbringe.

Der Richter befrage vor allem den Rechtsuchenden, ob er in eigener Sache auftritt oder etwa eine fremde Sache übernommen hat. Ferner soll gefragt werden, in wessen Auftrag er handelt und, nachdem die Sache entschieden ist, erfasse der Richter den mit seinem Urteil, in dessen Auftrag dieser Angabe gemäß der Rechtsstreit geführt wurde, und die Vollmachtsurkunde jenes Sachwalters nehme er an sich, um sie mit der Urteilsausfertigung zusammen zu verwahren. Auch der Beklagte kann sich vor Gericht die Vollmacht des Klägers vorweisen lassen, damit er klar erkennt, wegen welcher Sache er vor Gericht gerufen wurde und wie der Wortlaut der Vollmacht lautet.

3. Daß, wer seine Sache nicht selbst führt, dem Vertreter eine schriftliche Vollmacht geben soll.

<sup>1)</sup> Dieser Titel zeigt, wie römische Vertretungsgrundsätze den germanischen Fürsprech vollständig zurücktreten lassen; vgl. Zeumer, R. Arch. XXIV 94ff.



quemcumque potentem in causa cuiuslibet patrocinari, liceat ei de iudicio eum habere. Quod si potens contemserit iudicem et proterve resistens de iudicio egredi vel locum dare iudicanti noluerit, potestatem habeat iudex ab ipso potente duas auri libras exigere et hunc iniuria violenta a iudicio propulsare. Reliqui vero ingenui seu servi, qui admoniti a iudice abscedere a iudicio non consenserint, singuli publice extendantur et quinquagenis flagellorum hictibus verberentur.

9. (Chindasvindus.) Ut petenti servo alieno respondere ingenuus non recuset.

### III. Titulus: De mandatoribus et mandatis

1. (Recessvindus.) Quod principum et episcoporum negotia non per se, sed per subditos sint agenda.

2. Antiqua. Ut iudex a litigatore perquirat, utrum propria an aliena sit causa prolata.

Iudex primum a litigatore perquirat, utrum propriam causam dicat, an aliena fortasse susceperit. Interrogetur etiam, cuius mandatum habeat; et postquam causam iudicaverit, iudex comprehendat in iudicio, quem aut ex cuius mandatum audierit negotium prosequentem, hac preterea mandati exemplar accipiat illius adsertoris apud se cum iudicati exemplaribus reservandum. Liceat tamen illi, qui pulsatus est, mandatum a petitore coram iudice petere, ut, quam ob causam fuerit iudicio presentatus, vel quid tenor mandati contineat, indubitanter possit agnoscere.

3. Antiqua. Ut, qui per se causam non dicit, scriptis adsertorem informet.



verlieren; der Richter aber darf einen mächtigen Mann, sobald er ihn zum Schutze jemandes in dessen Rechtsstreit auftreten sieht, vom Gerichtsort weisen. Wenn aber der Mächtige des Richters nicht achtet, frech Widerstand leistet, aus dem Gericht nicht weichen und dem Richter nicht stattgeben will, so darf der Richter von diesem Mächtigen zwei Pfund Goldes fordern und ihn mit harter Gewalt vom Gericht weisen. Sonstige Freie und Knechte, die, vom Richter zum Gehen aufgefordert, sich nicht fügen, sollen öffentlich ausgespannt und mit je 50 Peitschenhieben gezüchtigt werden.

9. Daß kein Freier einem fremden Knecht die Einlassung weigern darf.

### III. Titel. Von Vertretungen und Vertretern<sup>1)</sup>

1. Prozesse der Fürsten und Bischöfe sollen nicht von diesen selbst, sondern von Untergebenen geführt werden.

2. Daß der Richter die Partei befragen soll, ob sie ihre eigene oder eine fremde Sache vorbringe.

Der Richter befrage vor allem den Rechtsuchenden, ob er in eigener Sache auftritt oder etwa eine fremde Sache übernommen hat. Ferner soll gefragt werden, in wessen Auftrag er handelt und, nachdem die Sache entschieden ist, erfasse der Richter den mit seinem Urteil, in dessen Auftrag dieser Angabe gemäß der Rechtsstreit geführt wurde, und die Vollmachtsurkunde jenes Sachwalters nehme er an sich, um sie mit der Urteilsausfertigung zusammen zu verwahren. Auch der Beklagte kann sich vor Gericht die Vollmacht des Klägers vorweisen lassen, damit er klar erkennt, wegen welcher Sache er vor Gericht gerufen wurde und wie der Wortlaut der Vollmacht lautet.

3. Daß, wer seine Sache nicht selbst führt, dem Vertreter eine schriftliche Vollmacht geben soll.

<sup>1)</sup> Dieser Titel zeigt, wie römische Vertretungsgrundsätze den germanischen Fürsprech vollständig zurücktreten lassen; vgl. Zeumer, R. Arch. XXIV 94ff.



Si quis per se causam dicere non potuerit aut forte noluerit, adsertorem per scripturam sue manus vel testium signis aut suscriptionibus roboratam, dare debet; ita ut, si isdem adsertor aliquod conludium fecerit, qualiter ab adversario suo possit in iudicio superari, aliud tantum de facultate sua mandatori restituat, quantum de rebus eius perdidit aut evertit, vel etiam que ipse mandator obtinere sive acquirere debuit.

4. (Chindasvindus.) Ut personis nobiles questio per mandatum nullatenus agitur, et qualiter humilior ingenuus sive servus per mandatum questioni subdatur.

5. Antiqua. Ut, si dilationem in causa patiat, qui mandatum facit, liceat ei inmutare mandatum.

Qui causam alicuius ex mandato susceperit, ut negotium peragatur, insistat; quod si protrahit tempus, et causa, que forsitan celerius potuerat expediri, hoccasionibus superfluis aut fraudulenta dilatione suspenditur, mandator recurrat ad iudicem. Et qui mandatum acceperat, si malitie alicuius aut cupiditatis vel negligentie vitio, adversario presente vel iudice, susceptum negotium ultra decem dies absque precepto iudicis dilataverit, his, qui mandaverat, aut per se proponere aut alicui elegerit suam liceat committere actionem.

6. Antiqua. Ne causam suscipiat femina per mandatum, licite vero propriam exequatur.

Femina per mandatum causam non suscipiat, sed suum proprium negotium in iudicio proponere non vetetur. Maritus sane non sine mandatum causam dicat uxoris, aut certe ante



Wenn jemand seine Sache nicht selbst führen kann oder will, so soll er seinen Vertreter in einer von ihm selbst unterzeichneten und von Zeugen durch Handzeichen oder Unterschrift bekräftigten Urkunde bestellen; deshalb nämlich, damit der Vertreter, wenn er dem Gegner in die Hand arbeitet und infolgedessen im Rechtsstreit überwunden wird, ebenso viel aus seinem Vermögen dem Vollmachtgeber erstatte, als er von dessen Vermögen verloren oder vertan hat, oder (erstatte) was der Vollmachtgeber erlangen oder gewinnen sollte.

4. Daß gegen edle Personen peinliche Klage nicht durch einen Bevollmächtigten angestrengt werden darf<sup>1)</sup> und unter welchen Voraussetzungen ein niedergestellter Freier oder ein Knecht mittels Vollmacht der peinlichen Klage unterworfen werden darf.

5. Der Vollmachtgeber darf, wenn seine Sache Verzögerung erleidet, seine Vollmacht widerrufen.

Wer eines anderen Sache kraft Vollmacht übernommen hat, soll darauf hin arbeiten, daß die Sache zu Ende gebracht wird; wenn er die Sache verschleppt und diese, die vielleicht schneller hätte erledigt werden können, durch überflüssige Weiterungen oder gar durch heimtückische Verschleppung ins Stocken kommt, so darf der Vollmachtgeber sich an den Richter wenden. Und hat der Vertreter, obwohl der Gegner und der Richter zur Stelle waren, aus Bosheit oder Gewinnes halber oder aus Nachlässigkeit die übernommene Sache länger als 10 Tage verschleppt, ohne ein richterliches Gebot, so darf der Vollmachtgeber entweder seine Sache selbst vorbringen oder sie einem andern, den er sich ausgesucht hat, übertragen.

6. Eine Frau darf keine Streitvollmacht übernehmen, wohl aber ihre eigene Sache führen.

Eine Frau soll keine Sache als Vertreterin übernehmen, es soll ihr aber nicht verwehrt sein, ihre eigene Sache vor Gericht vorzubringen. Der Mann soll nicht ohne Vollmacht die Sache seiner Frau führen oder jedenfalls vor Gericht urkundliche Gewähr-

<sup>1)</sup> D. h. der Ankläger muß persönlich diese schwere Strafflage, die zur Folterung führen kann, anstrengen; D a h n, Westgotische Studien S. 282.



iudicem se tali obliget cautione, quod uxor negotium eius non revolvat, et si revolverit, damnum, quod cautio demonstrat, maritus recipiat, qui sine mandatum causam dicere presumpsit uxoris. Quod si maritus causam, quam sine mandatum coniugis sue prosequeretur, amiserit, uxor nullum preiudicium pertimescat; sed aut per se negotium prosequatur aut cui voluerit ea, que ipsi competunt, prosequenda commendet; ita ut, si, marito per iudicium iuste superato, denuo ad causam dicendam adversarium illum, qui victor extiterat, pars mulieris crediderit convexandum, adque in iudicio secundo paterit eundem eius maritum non indebite victum fuisse, noverit eadem mulier non solum se iudici, qui causam prius examinabit, sed et illi causidico, quem iteratim ad iudicium compulit, iuxta legis sententiam esse satisfacturam.

7. Antiqua. Ut, sicut lucrum, ita et damnum revertatur ad mandatorem. De commodis etiam mandatum accipientis.

Sicut lucrum, ita et damnum iuxta condicionem mandati ad eum, qui causam mandaverit, revertatur; ita ut, qui causam ex mandato dixerit et fideliter, ut negotium peragatur, institerit, ab eo mandator nec mandatum repetat, nec ipsam postea ad alium transferat actionem; quia iniustum est, ut mercedem sui laboris amittat, qui pro suscepta causa fideliter laborasse cognoscitur; ita ut his, qui negotium prosecuturus est, ante cause principium cum mandatore definiat, quantum pro commodo sui laboris finito negotium ab eo sit accepturus. Quod si acceptam rem prosecutor infra tres menses reddere neclexerit mandatori, quidquid de eadem causam per quamcumque definitionem consequi potuit, perdat, et mandator iudicis instantia rem sibi competentem accipiat.

8. Antiqua. Ut, si mortuus fuerit qui mandatum accepit, commodum illi debitum heredes eius accipiant.



schaft dafür übernehmen, daß die Frau ihren Prozeß nicht selbst aufgreift; wenn sie es doch tut, so trage der Mann, der ohne Vollmacht seiner Frau einen Prozeß zu führen unternahm, die urkundlich festgelegte Vertragsstrafe. Hat ein Mann einen Rechtsstreit verloren, den er ohne Vollmacht seiner Frau durchführte, so braucht die Frau daraus keinen Rechtsnachteil fürchten; sondern sie kann entweder selbst ihre Sache führen oder die ihr zustehende Angelegenheit einem Vertreter ihrer Wahl zur Durchführung anvertrauen; wenn dann nach dem Unterliegen des Mannes der Vertreter der Frau den (im ersten Prozeß) siegreichen Gegner neuerdings vor Gericht laden läßt und wenn sich dann im zweiten Prozeß zeigt, daß der Mann zu Recht unterlegen war, so wisse die Frau, daß sie nach des Gesetzes Spruch zum Ersatz verpflichtet ist nicht nur dem Richter, der den ersten Prozeß entschieden hat, sondern auch dem nochmals vor Gericht geladenen (gegnerischen) Anwalt.

7. Wie der Gewinn, so soll auch der Verlust für den Vollmachtgeber eintreten; über die Entschädigung des Vertreters.

Wie der Gewinn, soll auch der Verlust dem Wortlaut der Vollmacht entsprechend den Vollmachtgeber treffen; wer also eine Sache kraft Vollmacht vertritt und treulich Sorge trägt, daß sie zu Ende gebracht wird, von dem kann der Vollmachtgeber die Vollmacht nicht zurückfordern, noch darf er die Sache einem anderen übertragen; denn es wäre ungerecht, daß den Lohn seiner Arbeit verlieren sollte, wer sich offensichtlich treu für eine übernommene Sache eingesetzt hat; so soll der Vertreter denn auch vor Prozeßbeginn mit seinem Vollmachtgeber festsetzen, wieviel er als Entschädigung für seine Mühe nach Beendigung des Rechtsstreites von ihm zu erhalten habe. Wenn aber der Vertreter das Erlangte dem Vollmachtgeber binnen 3 Monaten immer noch nicht übergeben hat, so verliere er seine etwa vereinbarte Entschädigung und der Vollmachtgeber soll seine ihm zustehende Sache durch Vermittlung des Richters erhalten.

8. Nach dem Tode des Bevollmächtigten sollen seine Erben die ihm gebührende Entschädigung erhalten.



Qui mandatum fecit si mortuus fuerit, antequam causa dicatur, mandatum, quod fecerat, non valeat; et qui mandatum suscepit si, antequam causa dicatur, fuerit morte preventus, mandatum nullam habeat firmitatem. Quod si, antequam moreretur, causam dixisse dinoscitur adque per suam instantiam ad fines usque legitimos perduxisse, et tamen, quocumque casu intercedente, necdum per finita res aut exacta remansit, si ad huc forte terminum fuerit causa deducta, quo eam ille, qui per mandatum secutus est, iam ante adceleraverat, omne lucrum, quod ipse fuerat habiturus, heredibus eius a mandatoris partibus exolvatur.

9. (Chindasvindus.) Qualibus personis potentes et qualibus pauperes prosequendas actiones iniungant.

10. (Chindasvindus.) Quod liceat his, quibus commissus est fiscus, pro re fisci quibus voluerint exequendas iniungere actiones.

#### IV. Titulus: De testibus et testimoniis

1. (Chindasvindus.) De personis, quibus testificari non liceat.

2. Antiqua. Quod testibus sine sacramento credi non possit; et si utraque pars proferat testem, cui debeat credi; et si vera testificari neglexerit testis.

Iudex, causa finita et sacramentum secundum leges, sicut ipse ordinaverit, a testibus dato, iudicium emittat; quia testes sine sacramento testimonium peribere non possunt. Quod si ab utraque parte testimonia equaliter proferantur, discussa prius veritate verborum, quibus magis debeat credi, iudicis extimabit electio. Certe si admonitus quisquam a iudice de re, quam novit, testimonium peribere noluerit, aut si nescire se dixerit, id ipsum etiam iurare distulerit et per gratiam aut per venalitatem vera subpresserit: si nobilis fuerit, testimo-



Wenn der Vollmachtgeber vor der Verhandlung gestorben ist, so gelte die Vollmacht nicht. Und wenn der Vertreter vor der Verhandlung vom Tode ereilt wird, so soll die Vollmacht keine Geltung haben. Hat er nachweislich vor seinem Tode die Sache geführt und durch sein Betreiben bis zum gesetzlichen Ende gebracht oder auch, wenn infolge eines Zufalls zwar die Sache nicht ganz zu Ende geführt ist, aber doch bis zu dem Punkte gefördert ist, wohin sie der Vertreter schon vorher mit Beschleunigung getrieben hatte, so soll die ihm gebührende Entschädigung seinen Erben vom Vollmachtgeber ausbezahlt werden.

9. Welchen Personen die Mächtigen und welchen die Armen die Durchführung ihrer Klagen übertragen dürfen.

10. Jene, denen die Sorge für die Staatsgelder anvertraut ist, können die Klagen in Finanzsachen zur Durchführung anvertrauen, wem sie wollen.

#### IV. Titel: Von Zeugen und Zeugnissen

1. Von den Personen, die nicht Zeugen sein dürfen.

2. Daß man den Zeugen ohne Eid nicht glauben soll; wenn beide Parteien einen Zeugen beibringen, welchem man glauben soll; und wenn der Zeuge nicht die Wahrheit sagt.

Nach Schluß der Verhandlung und nach dem von den Zeugen den Gesetzen gemäß und dem Befehl des Richters entsprechend abgelegten Eid, erlasse der Richter sein Urteil; denn Zeugen dürfen kein Zeugnis ablegen, ohne es zu beschwören. Werden von beiden Parteien Zeugen in gleicher Weise beigebracht, so entscheidet nach Prüfung der Glaubwürdigkeit ihrer Aussagen des Richters Wahl.<sup>1)</sup> Wenn nun ein Adelliger, vom Richter hingewiesen auf eine Angelegenheit, um die er weiß, ein Zeugnis nicht ablegen will oder erklärt, nichts zu wissen, über diese Erklärung auch den Eid verweigert und aus Gunst oder infolge Bestechlich-

<sup>1)</sup> Der Richter entscheidet, ob die Zeugen der einen oder anderen Partei zum Eide zugelassen werden; Z e u m e r, N. Arch. XXIV S. 99.



Qui mandatum fecit si mortuus fuerit, antequam causa dicatur, mandatum, quod fecerat, non valeat; et qui mandatum suscepit si, antequam causa dicatur, fuerit morte preventus, mandatum nullam habeat firmitatem. Quod si, antequam moreretur, causam dixisse dinoscitur adque per suam instantiam ad fines usque legitimos perduxisse, et tamen, quocumque casu intercedente, necdum per finita res aut exacta remansit, si ad huc forte terminum fuerit causa deducta, quo eam ille, qui per mandatum secutus est, iam ante adceleraverat, omne lucrum, quod ipse fuerat habiturus, heredibus eius a mandatoris partibus exolvatur.

9. (Chindasvindus.) Qualibus personis potentes et qualibus pauperes prosequendas actiones iniungant.

10. (Chindasvindus.) Quod liceat his, quibus commissus est fiscus, pro re fiscali quibus voluerint exequendas iniungere actiones.

#### IV. Titulus: De testibus et testimoniis

1. (Chindasvindus.) De personis, quibus testificari non liceat.

2. Antiqua. Quod testibus sine sacramento credi non possit; et si utraque pars proferat testem, cui debeat credi; et si vera testificari neglexerit testis.

Iudex, causa finita et sacramentum secundum leges, sicut ipse ordinaverit, a testibus dato, iudicium emittat; quia testes sine sacramento testimonium peribere non possunt. Quod si ab utraque parte testimonia equaliter proferantur, discussa prius veritate verborum, quibus magis debeat credi, iudicis extimabit electio. Certe si admonitus quisquam a iudice de re, quam novit, testimonium peribere noluerit, aut si nescire se dixerit, id ipsum etiam iurare distulerit et per gratiam aut per venalitatem vera subpresserit: si nobilis fuerit, testimo-



Wenn der Vollmachtgeber vor der Verhandlung gestorben ist, so gelte die Vollmacht nicht. Und wenn der Vertreter vor der Verhandlung vom Tode ereilt wird, so soll die Vollmacht keine Geltung haben. Hat er nachweislich vor seinem Tode die Sache geführt und durch sein Betreiben bis zum gesetzlichen Ende gebracht oder auch, wenn infolge eines Zufalls zwar die Sache nicht ganz zu Ende geführt ist, aber doch bis zu dem Punkte gefördert ist, wohin sie der Vertreter schon vorher mit Beschleunigung getrieben hatte, so soll die ihm gebührende Entschädigung seinen Erben vom Vollmachtgeber ausbezahlt werden.

9. Welchen Personen die Mächtigen und welchen die Armen die Durchführung ihrer Klagen übertragen dürfen.

10. Jene, denen die Sorge für die Staatsgelder anvertraut ist, können die Klagen in Finanzsachen zur Durchführung anvertrauen, wem sie wollen.

#### IV. Titel: Von Zeugen und Zeugnissen

1. Von den Personen, die nicht Zeugen sein dürfen.

2. Daß man den Zeugen ohne Eid nicht glauben soll; wenn beide Parteien einen Zeugen beibringen, welchem man glauben soll; und wenn der Zeuge nicht die Wahrheit sagt.

Nach Schluß der Verhandlung und nach dem von den Zeugen den Gesetzen gemäß und dem Befehl des Richters entsprechend abgelegten Eid, erlasse der Richter sein Urteil; denn Zeugen dürfen kein Zeugnis ablegen, ohne es zu beschwören. Werden von beiden Parteien Zeugen in gleicher Weise beigebracht, so entscheidet nach Prüfung der Glaubwürdigkeit ihrer Aussagen des Richters Wahl.<sup>1)</sup> Wenn nun ein Adeliger, vom Richter hingewiesen auf eine Angelegenheit, um die er weiß, ein Zeugnis nicht ablegen will oder erklärt, nichts zu wissen, über diese Erklärung auch den Eid verweigert und aus Gunst oder infolge Bestechlich-

<sup>1)</sup> Der Richter entscheidet, ob die Zeugen der einen oder anderen Partei zum Eide zugelassen werden; Z e u m e r, N. Arch. XXIV S. 99.



nium postea in nullo iudicio dicere permittatur, nec testimonium ipsius recipiatur ulterius. Quod si, licet ingenue, minoris tamen fuerint dignitatis persone, et testimonium careant et C flagella infamati suscipiant. Quia non minor reatus est vera subprimere quam falsa confingere.

3. (Chindasvindus.) De investiganda iustitia, si aliut loquatur testis, aliut scriptura.

4. (Chindasvindus.) Servo non credendum; et qualibus regis servis debeat credi.

5. (Chindasvindus.) Ne testes per epistulam testimonium reddant; et qualiter iniungi testimonium possit.

6. (Chindasvindus.) De his, qui falsum testimonium dicunt.

7. (Chindasvindus.) De his, qui ad falsum testimonium dicendum alios provocant vel servos alienos ad libertatem impellunt.

8. (Recessvindus.) In quibus causis possint testificari servi.

9. (Chindasvindus.) De his, qui se placitorum scriptis obligant, ne pro aliorum causis veritatem dicant.

10. (Recessvindus.) De quibus annis poterunt testificare minores.

11. Antiqua emendata. Ut contra extraneos parentela et propinquitas testimonium minime dicant.

Fratres<sup>1)</sup>, sorores uterini, patruī, amite, avunculi, matertere sive eorum filii, item nepos, neptis, consubrini vel amitini in iudicio adversus extraneos testimonium dicere non admittantur; nisi forsitan parentes eiusdem cognationis inter se litem habuerint.

<sup>1)</sup> Zeumer vermutet, daß dieses Gesetz bereits dem Gesetzbuch Eurichs angehört habe; R. Archiv XXIV, 107.



keit die Wahrheit verschweigt, so verliere er für alle Gerichte das Zeugnisrecht und niemals werde fürderhin mehr sein Zeugnis entgegengenommen. Wenn es sich um zwar freie, aber nicht so hochgestellte Personen handelt, sollen sie das Zeugnisrecht einbüßen, 100 Peitschenhiebe empfangen und ihre Ehre verlieren. Denn es ist keine kleinere Missetat, Wahres zu verschweigen als Falsches zu erdichten.

3. Von der Erforschung der wahren Rechtslage, wenn Zeugenaussage und Urkunde voneinander abweichen.

4. Knechten soll man nicht glauben; und welchen Königsdienern man Glauben schenken soll.

5. Die Zeugen sollen ihre Aussagen nicht schriftlich abgeben; und wie man (die) Zeugnis(pflicht anderen) überbürden kann<sup>1)</sup>.

6. Von jenen, die ein falsches Zeugnis ablegen.

7. Von jenen, die andere zur Abgabe falscher Zeugenaussagen anstiften oder Knechten eines andern die Freiheit verschaffen.

8. In welchen Sachen Knechte Zeugnis ablegen dürfen.

9. Von jenen, die sich durch schriftliches Bedinge verpflichten, in Sachen Dritter nicht die Wahrheit zu sagen.

10. Von welchem Alter an Minderjährige Zeugnis ablegen können.

11. Daß Blutsfreunde und Verwandte keinesfalls Zeugnis gegen Dritte ablegen sollen.

Halbgeschwister von einer Mutter, Vatersbrüder und Vaterschwwestern, Mutterbrüder und Mutterschwwestern oder deren Kinder, ferner der Enkel, die Enkelin und Geschwisterkinder sollen bei Rechtsstreitigkeiten gegen Dritte zum Zeugnis nicht zugelassen werden, es sei denn, daß etwa Verwandte der gleichen Sippe einen Rechtsstreit miteinander führen.<sup>2)</sup>

<sup>1)</sup> Vgl. Zeumer, N. Arch. XXIV S. 102f.

<sup>2)</sup> Zur Auslegung der Stelle Zeumer, N. Arch. XXIV S. 105ff.



V. Titulus: De scripturis valituris et infirmandis  
ac defunctorum voluntatibus conscribendis

1. (Chindasvindus.) Quales debeant scripture valere.

2. Antiqua.<sup>1)</sup> De pactis et placitis conscribendis.

Pacta vel placita, que per scripturam iustissime hac legitime facta sunt, dummodo in his dies vel annus sit evidenter expressus, nullatenus inmutari permittimus.

3. Antiqua. Contra priorum definitionem filio vel heredi non liceat venire.

Filio vel heredi contra priorum definitionem venire non liceat; quia iuste repellitur presumptio illius, qui facta seniorum iniuste conatur inrumpere.

4. (Chindasvindus.) De damnis eorum, qui contra pacta vel placita sua venire contendunt.

5. (Recessvindus.) Ne valeant definitiones vel placita servorum.

6. (Chindasvindus.) De turpibus et illicitis rebus.

7. (Chindasvindus.) Ne sub unius nomine cause res alia vel persona callidis definitionibus obligetur. De pena etiam, que sit in placitis inserenda.

8. Antiqua.<sup>2)</sup> Quod omnis scriptura vel definitio, que per vim et metum extorta fuerit, valere non poterit.

Pactum, quod per vim extorserit persona potentior vel inferior, sive placita vel reliquas scripturas, id est, si ille, qui paciscitur, aut in custodia mittitur aut sub gladio mortem forte timuerit, aut ne penas quascumque vel ignominia patiatur, vel certe si aliquam iniuriam passus fuerit, huius-

<sup>1)</sup> Wahrscheinlich schon dem Euricianus angehörig, dann in die Lex Baiuvariorum (XVI, 16) übernommen; Zeumer *N. Arch.* XXIV, 109.

<sup>2)</sup> Zeumer *N. Arch.* XXIV, 113 vermutet, daß der wesentliche Rechtsinhalt dieser Bestimmung schon im Euricianus gestanden haben dürfte; vgl. dort Kap. 286 und 309.



V. Titel: Von gültigen und ungültigen Urkunden  
und von Abfassung letztwilliger Verfügungen

1. Welche Urkunden gültig sein sollen.

2. Von schriftlichen Verträgen und Abmachungen.

Verträge und Abmachungen, die vollständig einwandfrei schriftlich niedergelegt sind, dürfen, wenn nur Tag und Jahr darin ausdrücklich angegeben ist, keinesfalls verändert werden.

3. Gegen der Vorfahren Abmachung darf ein Sohn oder Erbe nicht angehen.

Ein Sohn oder Erbe darf nicht gegen eine Abmachung seiner Vorfahren angehen; denn zu Recht wird die Anmaßung dessen zurückgewiesen, der seiner Ahnen Tun gegen Recht zu durchbrechen versucht.

4. Von der Haftung jener, die gegen ihre eigenen Verträge und Abmachungen zu verstoßen versuchen.

5. Daß Abmachungen und Verträge von Knechten nicht gültig sein sollen.

6. (Von Abmachungen) über unsittliche und unerlaubte Gegenstände.

7. Daß nicht um einer Schuld willen das (ganze) Vermögen und die Person eines anderen durch hinterlistige Abmachungen als Haftung vereinbart werden soll<sup>1)</sup>. Von den Vertragsstrafen.

8. Daß jede Urkunde oder Abmachung, die durch Zwang oder Furcht erpreßt ist, ungültig sein soll.

Wenn eine mächtigere oder niedergestellte Person mit Gewalt Verträge erpreßt oder Geschäftsurkunden oder sonstige Urkunden, wenn nämlich der eine Vertragsteil entweder gefangen gehalten wird oder Tod durch das Schwert zu befürchten hat oder irgendwelche Pein und Entehrung, oder wenn er schon wirklich eine Un-

<sup>1)</sup> Zur Erläuterung Zeumer, R. Arch. XXIV S 112 f.



modi pactio vel scriptura quelibet nullam habeat firmitatem.

9. (Recessvindus.) Que scripture valere poterunt, si ab his facte fuerint, qui sunt in annis minoribus constituti.

10. (Recessvindus.) Qualiter confici vel firmari conveniat ultimas hominum voluntates.

11. (Chindasvindus.) Qualiter firmentur voluntates eorum, qui in itinere moriuntur.

12. (Chindasvindus.) Ut defuncti voluntas ante sex menses sacerdoti vel testibus publicetur.

13. (Chindasvindus.) De contropatione manuum, si scriptura vertatur in dubium.

14. (Recessvindus.) De olografis scripturis.

15. (Recessvindus.) De contropatione scripturarum et earum pena solvenda.

## DE ORDINE CONIUGALI

### LIBER TERTIUS

#### I. Titulus: De dispositionibus nuptiarum.

1. Antiqua. Ut tam Goto Romana, quam Romano Gotam matrimonio liceat sociari.

Sollicita cura in principem esse dinoscitur, cum pro futuris utilitatibus beneficia populo providentur. Nec parum exultare debet libertas ingenita, cum fractas vires habuerit prisce legis abolita sententia, que incongrue dividere maluit personas in coniuges, quas dignitas conparet exequabit in genere. Ob hoc meliori proposito salubriter censes, prisce legis remota sententia, hac in perpetuum valitura lege sancimus: ut tam Gotus Romanam, quam etiam Gotam Romanam si coniugem habere voluerit, premissa petitione dignissimam, facultas eis nubendi subiaceat, liberumque sit libero



bill erlitten hat, so soll eine unter solchen Umständen geschlossene Vereinbarung oder Urkunde keine Kraft haben.

9. Welche von Minderjährigen abgefaßten Urkunden gültig sein sollen.

10. Wie man der Leute letzten Willen abfassen und (seine Durchführung) sichern soll.

11. Wie man den letzten Willen jener bekräftigen soll, die auf einer Reise sterben.

12. Daß der letzte Wille eines Verstorbenen vor (Ablauf von) 6 Monaten einem Priester und Zeugen kundgemacht werden soll.

13. Von der Schriftvergleichung, wenn eine Urkunde in Zweifel gezogen wird.

14. Von eigenhändigen Urkunden.

15. Von der Schriftvergleichung und dabei anfallender Strafe.

## Vom Ehestand

### Drittes Buch

#### I. Titel: Von der Festsetzung der Ehen

1. Ein Gote darf eine Römerin und ein Römer eine Gotin zur Frau nehmen.

Angestrengte Fürsorge wird beim Fürsten erkannt, wenn um des künftigen Gemeinwohls willen dem Volke Wohltaten erwiesen werden. Und nicht wenig freuen müssen sich die Altfreien, daß nun gebrochen und abgeschafft ist die Geltung jenes früheren Gesetzes, das in ungeziemender Weise einen Unterschied machen wollte, indem nur gewisse Personen dem Stande und der Abstammung nach als Gatten gleichgestellt wurden. Deshalb bestimmen wir aus besserem und heilsamem Ratschluß und unter Aufhebung der Bestimmung des alten Gesetzes, daß künftig Folgendes als Gesetz gelten soll: wenn ein Gote eine Römerin oder ein Römer eine Gotin zur Gattin haben will, um die er gefreit hat und die würdig ist, so soll er sie heiraten dürfen und